Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dixit ei. Dic si fuisses hic non esset mortuus frater meus.
Jhc ergo ut vidit eam plorante Judeos qui venerat
cum ea plorantes fremuit spu. et turbavit se ipm et
dixit. Ubi posuistis eum. Dicit ei. Dne veni et vide.
Et lacrimatus est jhc. Dixerunt ergo judei. Ecce
quomodo amabat eum quidam autem dixerunt ex pis.
Non potuit hic qui aperuit oculos cecui facere ut et hic
non moreret. Jhc ergo rursum fremens in semetipso venit
ad monumentum. Erat autem spelunca et lapis super
positus erat ei. Ait jhc. Tollite lapidem. Dicit ei marta
soror eius. qui mortuus fuerat. Dne. iam fetet
quadriduanus enim est. Dicit ei jhc. Nonne dixi tibi
quia si credideris videbis gloriam dei. Tulerunt ergo lapi
dem. Jhc autem elevans sursum oculos dixit. Pater
gras ago tibi. quia audisti me. Ego autem sciebam qd
semper me audis. Sed propter plebem qui circumstat dixi
vit credat quia tu me misisti. Hec cum dixisset voce
magna clamavit. Lazare veni foras. Et statim pro
dijit qui fuerat mortuus. ligatus pedes et manus fasciis.
et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis jhc. Solvite eum et sinite abire. Multi ergo ex judeis qui vene
rant ad Mariam et viderunt que fecit crediderunt in eum.

Hec dicit dominus. Dis. In tempore placito. sabbo. lo
exaudivi te. et die salutis auxiliatus. ysa. phe
sinu tui. et servavi te et dedi te in fedus populi mei ut suscitares terram et possideres hereditates dissipatas. ut
dicas his qui vincti sunt exite. et his qui in tenebris
revelamini. In viis pascentur et in omnibus planis
pascua erunt. Non esurient neque sitient. et non percutiet